

De a^o 1621.

P. Pareus

G. Sibrando Subberto Theologo Francuerano
Salutem cum benedictione. à Domino.

Tuas, Vir Clarissime, rectè accepi, et filio meo Johanni
Philippo suag heri transmissi. Ne mireris etiam
Heidelbergæ esse homines splendida quos tibi verat
et ambitio. Illi ipsi olim fuerant inventores Burdonio,
ut elenchos insanos in Pareum evomeret. Sed condo-
navi nunc publica tranquillitatè istam injuriam
etiam hortatu cum primis Hertij, antequam in viam
Balaam deflecteret. Sardonabitur filius temporis,
quò plus saty premimur, et ille filii adversarius
decimum jam mensem seipsum spontaneo mulctat
exilio, pro metu hostili. nondum Heidelbergam reverti
ausus. De filii consilio nihil mihi constat: vocavi
autem ad me, ut coram rationes ejus cognoscam.
Et si autem causa illa non sit tanti, ut patriam et
spatiam presentem, me prosertim parente super-
stite, relinquere debeat. tamen tibi ingentes ejus
nomine, gratias ago, rogoq, ut benevolentiam
ei porro tuam serves integram. ubi venerit faciam,
ut mature respondeat. Nos ventis jactamur et
undis, quò fortuna feral, dubii. Sed fata viam in-
venient in tristissimis barbarum labyrinthis, ut servetur
Eclesia. Pars Salatinatùs ab hoste, reliquo graviter
premitur. Reditum Principis omnes admodum depri-
deramus. Sed res tota ex successu Britannici pègat:
videtur dependere: vix tamen aliquid inde speran-
dum, quia hostes sanguine, innocentum ebris de se-
vitia vix aliquid remittent, vel verba dabunt. Sic
tristis rerum facies non hic solam, sed toto imperio
quod fato suo jam nutare totum videtur. Rex Ang-
rie tripartitis copiis revertitur contra Rocypoiun.
Pars Moravian usq, jam penetravit. hic parte ibi

redintegrato verendum, ne denuo in nos repressalia in-
stituantur per Senicos vicinos, nisi aliunde metu cohi-
beantur. Sic nihil prodesse nisi in deo nobis relictum,
a quo oro nihil impensius, quam ut impendentibus malis
me in pace subducatur. Anti-Bellarminum tuum jam
pridem desideravimus, et ne te manum tandem de ta-
bula. Ego in quartum Tomum lectiones meas quotidie
effudi magis, quam scripsi. Itaque non mirum, si passim
minus sint elaborata, aut tibi non satisfaciunt ubique, quia
nec mihi satisfaciunt. Interim tu inventis facile limam
addes. Librum de gratia primi hominis, ut es tres primos
de amissione gratiae. Longius quidam sequuta Lopticus
divis cavillis vindicare coeperat. Te non perrexit, quia
ne a coepta castigatione, revocare instituerat. Denuo
igitur librum de gratia primi hominis recensui, di-
lutis breviter ipsius cavillis. In eo, quam tu diversam
a me viam secutus sis, non satis percipio: neque arbi-
tror te de supernaturalibus dissidere. Quicquid sit, si lon-
gum non sit, prestabit forte, te epistola committere
quam integras lucubrationes transmittere. Quod ta-
men si lubebit, prestabo officium, quantum permittet
valetudo et aetas, quae me vix finit multa legere.
Feliciter vale. Heidelbergae. 11. Julij. 1621.

Ad D. Paulum Steinium

S. Theologiae Doctorem

Quod de dissertatione ad me missa accuratum judicium
meum petis, rem viribus effectui ingenti majorem postulas:
postquam ego, ita suadente indices aetatis, studia omnia
a sublimioribus illis disceptationibus ad quotidianam beatae
mentis meditationem peritis traxi. Sed ex Commenta-
rio meo ad Roman. ex Hieronico, ex Bellarmino castigato, quid
de Praedestinationis ordine ex verbo Dei sentiendum statuam.
Neque quid ecclesiae nostrae et vestrae, omnesque de formate sentiant,